



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Anno M.D.LXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Principio anni quinti & sexagesimi Iacobus 1565.
ipse Lainius secundus Societatis nostræ generalis
Præpositus mortalitatis cursum absoluit Romæ.
Ea causa in urbem cùm vocaretur à Patribus de
more Canisius, ad nouum creandum Genera-
lem, Cardinalis Augustanus id simul cognouit,
non modò coram, sed & libello explicatis, tradi-
tisque rationibus etiam, atque etiam instituit, vt
profectionem eam excusaret, quod sine graui re-
ligionis detimento Germaniam deserere eo re-
rum articulo nequaquam posset. Decesserat pau-
lò antè Ferdinandus Cæsar, successeratque in Im-
perio Maximilianus: qui tametsi præclara dede-
rat documenta pietatis, & in religionis catholice
conseruationem solennibus verbis iurauerat, ta-
men excessu Ferdinandi ingens damnum factū
sapientes opinabantur: & Augustæ Imperij con-
cilium admodum periculosem imminentem. Eam
ob rem tanto Cardinalis opere ut Canisium reti-
neret admitebatur. Sed nescius ille ullam vitæ suæ
nisi obedientiam, se qui normam, ad rationes eas, *Obedientias.*
atque obtestationes omnes, uno hoc verbo re-
spondit, quod Deus per Præfides meos decretit, id
faciam. Tum Cardinalis ad Franciscum Borgiam *Littere Cardin-*
nalis Augu-
sociæ - page.